

XXXIII.

in immutacione, cum nil aliud sit q̄ ipsū existere Dei potest; & amplius v̄geri, & contrariari iō illa desūpra ex alio modo possibili, nā possit Deus ita creare alium mundum extra hunc, vt non se contingenter, neq; essent contingui, sed disuncti & distantes: tunc ergo esset Deus in vtroq; mundo: ergo in spatio interiecto. Quia non possunt intelligi in Deo illæ duæ præsentia in duobus modis tanquā discretæ. Si n̄ vnus angelus non pot̄ esse in duobus locis discretis, nisi aliquo modo sit præsens medio spatio, quo modo pot̄ id tribui Deo, qui omnino est immutabilis, & maximè vnus & simplex: Sunt qui respondēt, fieri nō posse, vt alius mundus creetur extra hunc, distans ab isto, nisi aliquod reale corpus inter illos interfit, alicui necessarium fore vt sint contingui, quā distantia est aliquid reale, & certam aliquā quantitatem & proportionem habet, vnde intelligi nō pot̄est sine spatio reali intermedio. Sed hoc probari nō pot̄: nam si pot̄ Deus creare duos mundos distantes per interiectum corpus: creet igitur illos, & statim annihilat corpus mediū, immutatis manentibus duobus mundis: cur n̄ repugnaret hoc fieri? Maneret ergo illi mundis distantes sine interiecto corpore: possunt ergo eodem modo creari, & in vtroq; casu procedit argumentū factū. Deinde, quis neget posse Deū, conseruatis cælis annihilare totam sphaerā rerū generabilium, & elementarium, vacuo manente toto spatio medio. Tunc autē distaret luna, v.g. à centro mundi, vel ab alia stella aut parte cæli & regione sibi correspondente in alio hemispherio: ergo distantia nō requirit reale spatium interiectum, quāuis à nobis nō intelligatur nisi per ordinem ad quantitatem vel lineam, quæ vel interponitur, vel interponi potest, intrinsecum autem fundamentum distantia si per modum relationis declaretur, nō est aliud nisi vnium extremum esse hic, & aliud ibi, circūscriptiue, aut definitiue.

XXXV.

Inter relatas opinionēs & quæ pot̄ esse discordia.

Hæc ergo sententia sine dubio vera est quoad id quod intendit, opinor tñ differentiam harum opinionū inter autores Catholicos esse posse in vtu terminorū. Quapropter, vt tollatur æquiuocatio, aduertendū est (quod supra insinuauī) cū dicitur res aliqua esse alicubi, vel in aliquo loco, duo posse in hac locutione includi, vnū est intrinseca & absoluta præsentia, q̄ res ibi h̄t, aliud est habitudo ad rem aliā, quam contingit vel quantitate molis, vel quantitate virtutis actiue vel reatiua præsentia substantiæ suæ, vel quātitatis. Hæc duo necessaria sunt in corporibus quæ circūdantur corpore contineantur: dicitur n̄ locatum esse in circūscriptibente, medio contactu quantauos, & præterea habet in suam præsentiam intrinsecam, quæ à nobis explicatur per habitudinem ad centrū & polos mundi, eademq; manet et si corpora circūscriptibentia mutantur aut fluant, imò et si per diuina maior potentiam omnia perirent. Et in cælo empirico inuenitur hæc præsentia sine corpore circūdante. Quia hæc præsentia non refertur ad alterū cui res dicitur præses, vel per cognitionē, vel per loci propinquitatem: quo modo et solet illa vox viuipari, sed sumitur absolute, & si haberet vñs dicitur potest ad sentia, quia nihil aliud est, quam res ibi adesse vbi esse dicitur, quod in corpore non pot̄ esse corpus extrinsecè circūdans sed aliquid intrinsecum de quo latius dicemus circa prædica

mentum vbi. Ad hunc ergo modum intelligendum est in rebus spiritualibus; & præsentiam in Deo, de quo nunc agimus, seruaata differentia & proportione, quia præsentia Dei spiritualis est, & omnino immutabilis, & indefectibilis, cōtractus verò Dei est virtualis per propriā actionem eius.

XXXVI.

Quō ergo dicitur Deus esse extra mundum aut in spatio imaginariis, si intelligatur ibi esse quasi cum habituine ad aliquid aliud quod cōtingit, est planè falsum & impossibile, & hoc tm̄ poterunt intendere autores primæ sententiæ, neque aliud probant rōnes eorum. Nam contactus Dei virtualis est ad aliquā verā rem, q̄ in spatio imaginario non est. Et eodē sensu verū est Deum an requā mundum creasset, nō fuisse in aliquo loco sed in se ipso. Deniq; eodē sensu verū est, nō pertinere ad im̄mentariū Dei vt sit in loco infinito, imò nec omnino sic esse in loco, quia im̄mensitas est attributū intrinsecū & necessariū conueniens Deo: sic autē si in loco includit liberam actionē Dei. Si verò intelligatur Deus esse extra mundum solū per realem præsentiam suam sine habituine actuali (vt sic dicam) ad aliquā res extra ipsum, sic negari nō pot̄ Deum esse extra mundum, nam in doctrina fidei, quam in naturalisatione conuenit secunda sententia.

XXXVII.

Quod si eodē sensu dicatur Deus esse in spatio imaginariis, verè etiam dicitur. In æquiuoco autem laborant qui putant illam particulam, esse in spatio, dicere habituinem ad spatium tanquā ad aliquid distinctum quod contingitur, & iō argumentantur hoc repugnare quia spatium est nihil. Non est tñ hic fenestris illius locutionis sed in transitu (vt sic dicam) iumentis est illa particula: & declarat optime per ordinem ad conceptionem nostrā, quia vbi nos concipimus spatium per modū vacui alicui repleti corpore, ibi est præsentissima diuina substantia, totumq; illud substantialiter replet. Nam, quia nos spiritualia hæc non possumus concipere nisi per ordinē ad materialia, vbi actū non est aliud corpus, concipimus aptitudinē vt ibi sit, & ibi est intelligimus ad esse Deum. Ad hunc autem præsentia modum nō est necessarium vt spatium sit aliquid præter Deum ipsum, cum non fiat, nec realiter contingatur à Deo, sed satis est vt a nobis apprehēdi possit per modum cuiusdam vacuitatis alicui repleti corporibus, vt per habituine ad illam possumus prædictam Dei præsentiam concipere ac declarare. Quod potest ex ipsis corporibus non obsecrē intelligi, nam corpus Christi (prosequēdo ex eplura supra positum) extra cælum existens, ibi realiter est præsens absque corpore circūscriptibente, & replet corporaliter illud spatium quod occupat, non quia spatium illud prout constitutum à corpore Christi sit aliquid reale, sed quia p̄ ipsius corporis præsentia sit corporale spatium. & reale, quod de se vacuū & nihil erat. Ad hunc ergo modum, vt substantia Dei esset ibi præsens antequā ibi ad esset corpus Christi, non est necesse illud spatium esse aliquid reale distinctum à substantia Dei.

XXXVIII.

Vltimò hoc declarat per proportionē diuina æternitatis ad tempus, quia vñs est D. Augustino loco, estq; aptissima ad rem explicandam ita n̄ comparatur Deus per immensitatem suam ad corpora, sicut per æternitatem ad tempora, nam quæq; infinita est immensitas in rōne sua, ac æternitas

Ex Deo accipitur spiritus explicatur immensitas, & notitia conclusio.